



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

19. Quid è contra, an instantia contra non exemptum coram Ordinario  
inchoata, transeat in illius hæredem exemptum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

causae transeat in heredem *l. tam ex contractibus ubi DD. ff. de iudiciis l. si eum hominem ubi Barb. & DD. ff. de fideiussor. Abb. Pel. & DD. cap. quia V. de iudic. Milis in Reper. verb. iudex ordinarius vel eius delegatus qui competens erat & vers. seq. fol. 211. Sed & re. 2. scriptum impetratum contra defunctum, transire debet etiam in illius successorem. Anton. Milis in reper. verb. rescriptum licet regulariter & verb. Rescriptum impetratum contra unum & verb. instantia per tot. Leonellus tract. de surreptione rescripti. quest. 18. art. 1. & l. cum quasi ff. de fidei comm. l. bert. Abb. d. c. quia V. n. 1. 3. ubi laic. Cum enim causa privilegit in vita defuncti subsistat, privilegium illius causae in defuncti persona conceptum ad illius heredem patitur transire debet. *l. cum quasi ff. de fidei comm. libert. Lorietus in l. ejus qui n. 37. ff. si cere. petat. in qualibet enim dispositione semper spectari solet initium, quemadmodum Flaminius plurifariam comprobavit de resignat. benef. par. 1. l. 1. qu. 11. per tot. signanter n. 6. & 7. quippe quod ubi acceptum est semel iudicium, ibi finem accipere debeat, etiam si casus superveniat, a quo incipere non possit. cap. factum de Reg. jur. in 6. l. in ambiguis pro dote §. non est novum ff. eodem dixi supra c. 27. n. 2. eod. l.**

Accedit, quod cum resumptio habeat necessariam dependentiam a praeterita obligatione instantiae, qua exemptus fuit obligatus, & in quam successit ejus haeres non exemptus, debet attendi principium & non finis, *l. damni §. sabini ff. de damno infecto l. 3. §. scio §. procedenti ff. de minoribus, pul. h. d. Praes in locis legalibus loco a virtute finis, verbo alii autem dicunt quod & c. ubi laicus.*

Itaque defuncto exempto citari debet ejus haeres ad causam resumendam, seu ut inquit doct. Rebuffus in l. boves ff. de verb. sig. & in l. verbum reddente ff. eodem, ad resumendum ai mamenta causa seu tementa, id est remamentia causa scilicet, ut causam resumant in eo statu in quo remanlit, alioquin enim omilla hac resumptione (quam tamen haeres etiam ultro subire potest) *Massuerus in praxi ut. de contumacia n. 1. 6. sententia vicio nullitatis subiaceret. Castren. l. Paulus 1. ff. quae sententia sine appell. referant. Anton. de Tremolis in addu. ad praxim Vberti de Bonacurso tit. de impedim. execut. & caus. nulli in glo. verb. Contra minorem, vers. & licet iure cautum sit. Barb. l. Lucius ff. ad Trebell. l. sius Roma ff. de iudiciis.*

QV AESTIO XIX.

Instantia cepta coram ordinario contra subjectum, an transeat in illius heredem exemptum?

S V M M A R I V M.

- |   |                                       |
|---|---------------------------------------|
| 1. In conversis idem iudicium.          | 4. Exempti comparantur extraneis.     |
| 2. Iudex defuncti est iudex haereditis. | 5. Exempta immediata aut motu proprio |
|   | cons-                                 |

concessa.

6. Quid si concessa sit ad postulationem.  
 7. Instantia Laici an transeat in Clericum.  
 8. Exempti habent speciales iudices.  
 9. Instantia non transi in monasterium.

10. Mutata personâ mutatur actio.  
 11. Adventitiâ & novâ acquisitione bona sumunt naturam privilegiatorum.  
 12. Instantia finiri dicitur, confiscatis bonis.

**A**d ratione casus conversiva præcedentis quæstionis videtur quoque concludendum, instantiam coram ordinario ceptam transire in exemptum, in conversum enim idem est iudicium & eadem disciplina, præses in locis legalibus loco à ratione casus conversiva & loco à contrariis, ut proinde iudex ordinarius competens defuncti ceptatur etiam exempti universalis eius successoris l. i. C. si pendens, appellat. mox intervenit, ubi Marbesianus. Anton. Nalis in repert. verb. iudex ordinarius vel eius delegatus qui competens & verb. iudex delegatus contra unum. l. si is qui Romæ ff. de iudicis dicitur quæst. præced. n. 1. & seq. late. Gaill. li. 1. obs. 37. n. 5.

Quæ regula maxime procedit in Exemptis ab ordinario, qui tamen alicui alteri prælato superiori subiecti sunt, cujus speciei exemptos supra notavimus cum Jafone & Navarro jurisdictione sui ordinarii expressè vel tacite prorogare posse, eod. li. qu. 7. n. 8. 22. & seqq. Cum enim exemptos extraneis comparari frequenter dixerimus, glo. cap. 1. in verb. nunquid ergo, ubi comparat. Angelum exempto & in c. auctoritate, verb. non Exemptos de privil. in 6. præses in loco à proportionem sub medium c. grave ubi DD. de offic. ord. & dixi eod. li. q. 1. n. 6. Haud dubie quin dispositio Jaboleni de continuanda instantia defuncti in heredem extraneum in eis sit locum habitura. in hæc verba, si is qui Romæ iudicium acceperat decesserit, hæres ejus quamvis domicilium trans mare habeat, Romæ tamen defendi debet, quia succedit in ejus locum à quo hæres relictus est. d. l. si is qui, quippe quod ejusmodi exempti jurisdictionem ordinarii prorogare possint specie prorogationis quam DD. vocant de persona ad personam, item prorogationis necessaria & legali, de qua infra suo loco l. 1. & 2. ff. de iudicis l. si convenit ff. de jurisd. om. iud. Marant. de ord. iudic. par. 4. dist. 4. n. 3. infra q. 29. n. 7. nempe cum non subditi patiuntur causam suam cognosci à iudice alieno. Marant. d. n. 3. Confirmatur, quia exemptus instantiâ nondum inchoatâ convenitur in foro defuncti, dixi infra li. 4. q. 46. n. 1. & seq. ergo longè magis si sit incepta cum defuncto, debet in eum continuari, si eum id de quo minus videtur inesse, inest ergo & id de quo magis, præses loco à minori. Verùm cum communis regula Vlpiano teste sit periculosa, raroque fiat ut non subvertatur. l. omnis diffinitio ff. de Reg. juris. hinc limitanda videtur hæc conclusio non ea specie exemptionis, quæ est immediate sanctæ Sedi reservata, aut motu proprio Pontificis concessa, in causis enim ejusmodi personarum jurisdictione ordinarii censetur improrogabilis & omnimoda jurisdictione Pontificis reservatione privata. dixi late eod. li. q. n. 9. 10. & seqq. & quæst. 16. n. 12. 13. & seq. Quod ipsum Jafon. in l. cum quadâ n. 9. ubi Casfr. ff. de jurisd. om. iud. explicatum reliquit his verbis.

Præ-

Præventus si moriatur & succedat alius, de alieno foro tenetur prosequi litem coram iudice præveniente, limita nisi mutatio fori fieret ex privilegio Principis concessio motu proprio, tex. l. idem *Vlp. in fin. ff. de excus. tut.* ubi Barth. in l. i. ff. de panis. glo. DD. l. qui autem ff. si quis cautionib. unde si Princeps concedat privilegium motu proprio, quod quis non teneatur defendere nisi coram tali iudice, proderit etiam quoad iudicium coram quo erat præventus secundum Castrensem l. si quis in iudicio ff. si quis cautionibus. Ita ille, Quia in re obiter notaverim ex Rebuffo & aliis quos sumantur data non ad postulationem, sed motu proprio, quia non est verisimile, imò impossibile inquit, quod omnes supplicasset. Idque potissimum quando fit mentio meritorum. Rebuff. de privileg. l. 78. limitatur secundò notabiliter secundum Castrensem in d. l. si quis in iudicio n. 2. ff. si quis cautionib.

Quamvis Exemptio concessa sit ad postulationem particularis, si tamen specialiter eximat ab eodem iudice, coram quo orta est præventio, non tenebitur coram eo (inquit) respondere, adde supra eod. lib. quest. 6. n. 14. & seq. Ratio est, quia Exemptio à speciali iudice habet vim reservationis de qua satis est dictum supra d. quest. 5. nu. 9. & seq.

Quæ limitatio multis potest auctoritatibus confirmari, imprimis militat rationes opinionantium instantiam ceptam contra Laicum, non transire in Clericum heredem, sed eam velut mortuam contra Clericum coram suo iudice à novo esse inchoandam, quemadmodum post alios tenet Marant. de ord. iud. par. 5. n. 13. Abb. Fel. & DD. cap. quia V. de iudic. Boer. dec. 60. n. 32. Covarr. pract. quest. c. 8. v. 2. Mynsing. cent. 1. obs. 86. licet Gaill. asserat contrariam opinionem veriorum & in Camera observari lib. 1. obs. 37. n. 9. in fine.

Secundò, Exempti habent proprios & speciales iudices, supra eod. lib. ca. 5. n. 9. & seq. non secus quam scholares, vassalli, Clerici, Fiscus. Rebuff. de privileg. schol. privileg. l. 53. v. supra eod. lib. quest. 6. n. 19. & Curtium de Feudis part. 7. Barth. & DD. l. si constanter §. si bona ubi recit. in verb. expiratu iudicium, ff. Sol. Matr. Barth. l. si eum hominem n. 1. in fine ff. de fideiuss. Francisc. Lucanus tract. de fisco par. 1. n. 70. 86. & seq. in quos instantia alibi cepta transire non solet, quia habent proprios iudices, ergo argumentum sumendo ab eorum proportionem quod valere frequenter scriptum est, idem iudicandum est in exemptis.

Tertio confert quod Rebuffus scribit d. tract. privileg. 53. numer. 3. in hæc verba. l. ubi ceptum ff. de iudic. non habet locum in scholaribus, & etiam si lis non sit contestata cum scholaribus, sed inter alios poterit etiam post litem contestatam petere causam ad conservatorem remitti, ut pluribus arrestis fuit confirmatum.

Quartò, instantia cepta contra aliquem ante professionem religionis per quam

fi cetera moritur. l. De nobis C. de Episc. & Cleric. late Peck de testam. coniugum lib. 3. cap. 10 n. 5. vers. quid autem fol. 182. non transit in Monasterium. Bald. cap. in praesentia col. 4. de probas. Ergo arguendo à fictione ad veritatem, instantia cepta contra veterem mortuum transire non debet in Exemptum. Quia tantum operari debet casus verus in casu vero, quantum fictus in casu ficto. Praes. loco vs. fictionis & Peck. d. n. 5.

01 Quinto mutata personam mutatur actio, & expirat iudicium cap. 1 ubi Franc. & DD. de iure part. in 6. DD. d. l. si constante §. si bona, dixi infra quaest. 10. n. 3. Roland. Valle tract. de invento part. 2. q. 17. n. 7. & per tot. quia adventitia & nova acquisitione bona sumunt naturam privilegatorum, c. quia circa de privileg. Clem. 1. de decimis l. si filius ff. de iure fisci. Abb. cap. porro n. 1. vers. secundo potest de privileg. & finit dicitur in instantia causa civilis confiscatis bonis, quia talis instantia non transit in si cum. Marian. Socin. ad cap. cum venerabilis art. 10. n. 32. vers. 13. quia tali casu fiscus cequitur esse haeres seu successor anomalus, secus vero si haeres institueretur, tum enim transiret in si cum instantia. Cast. d. §. si bona n. fin. fol. Matr. Rol. à Valle tract. de invento part. 2. quaest. 11. n. 7. & 8.

---

QVÆSTIO XX.

Inventarium coram quo conficiendum.

SUMMARIUM.

1. De iure auctoritate iudicis opus est in inventario.
  2. Subditus, si Exempto succedat, inventarium fiet auctoritate iudicis ordinarii.
  3. Hereditas adita non representat defunctum.
  4. Mutatione personam mutatur privilegium.
  5. Laicus si succedat Clerico, inventarium fiet coram iudice Laico.
  6. Clericus creditor citatur in confessione inventarii coram Laico.
  7. Dispositio Insuper, plenissime loquitur.
  8. In verbis voluntaria jurisdictionis cessant exceptiones.
  9. Exemptus si succedat subdito, inventarium fieri debet coram ordinario.
  10. Quid si hereditas nondum sit adita.
- 3 Coniunctudine invaluit ut in confessione inventarii requiratur iudicis auctoritas, quæ de iure opus non erat opinione plurimorum ut interveniret. Castrens. l. fin. §. si autem dubius C. de iure deliber. Monticola tract. de inventario qu. 7. n. 12. fol. 64. Roland. à Valle eod. tract. par. 3. qu. incip. praesentia iudicis fol. 111. unde quaeritur, cujus iudicis auctoritate illud fieri debeat. Dicendum primo, si subditus seu non exemptus succedat exempto, quod inventarium bonorum fieri debeat auctoritate ordinarii iudicis. Ratio est, quia postquam hereditas exempti est adita, non representat amplius personam defuncti sed personam hæredis, l. 1. §. servola ff. si quis testament. liber esse